



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Canones de communionem sub vtraq[ue] specie, & paruulorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

DE COMMUNIONE SVB  
vtraque specie, & paruulorum.

CANON I.

Si quis dixerit, a ex Dei præcepto, vel necessitate salu-  
tis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem  
sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; ana-  
thema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam b Catholicam non  
iustis causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, at-  
que etiam Clericos non conficientes, sub panis tantum-  
modo specie communicaret, aut in eo errasse; anathe-  
ma sit.

CANON III.

Si quis negauerit, totum c & integrum Christum, om-  
nium gratiarum fontem & auctorem, sub vna panis spe-  
cie sumi, quia, vt quidam falsò asserunt, non secundam  
ipsius Christi constitutionem sub vtraq; specie sumatur;  
anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, d paruulis, ß antequam ad annos discretio-  
nis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ commu-  
nionem; anathema sit.

Duos verò articulos, e aliàs propositos, nondum tamen  
excussos, videlicet, An rationes, quibus sancta Catholica  
Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque et-  
iam non celebrantes sacerdotes, sub vna tantum panis  
specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus cui-  
quam sit permittendus: &, An, si honestis & Christianæ  
caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel  
nationi vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus cõ-  
ditionibus concedendus sit; & quænam sint illæ: Eadem  
S. Synodus, f in aliud tempus, oblata sibi quamprimùm  
occasione, examinandos, atque definiendos reseruat.

ncii. Tri-  
declara-  
nem in d-  
ca. ecc.

## REMISSIONES.

## CANON I.

**V**ide Card. Bellarm. li. 4. de Eucharist. c. 20. cum seqq. P. Henr. in sum. li. 8. de Eucharist. c. 24. P. Valer. Regin. in pract. ri pœn. li. 29. n. 78. in fin. optimè P. Ægid. de Conink. de Sacram. tom. 1. q. 80. n. 111. cum seqq.

**CANON II.** Vide P. Ægid. de Sacram. tom. 1. q. 80. n. 121. ubi præcurrit iustissimas rationes, quas habet Ecclesia præcipiendi hanc Communionem sub vna sola specie.

**CANON III.** Vide Bald. Iunium super opera controu. Bal. p. 2. li. 3. c. 8. à princ. P. Ægid. de Sacram. tom. 1. qu. 76. art. 3. nu. 32.

**CANON IV.** Vide Doct. supra citatos in c. 4.  
 § *Antequam ad annos discretionis peruenerit.* In qua ætatis præcipiant pueri habere discretionem sufficentem ad obligationem præcepti communicandi? Resinqui debere arbitrio parentum, & Confessarij, resoluunt P. Soar. tom. 3. disp. 70. sect. 1. P. Valer. Regin. in pract. fori pœn. li. 29. num. 83. P. Ægid. tom. 1. de Sacram. qu. 80. art. 11. nu. 102.

## DECRETVM DE REFORMATIONE.

**E**adem sacrosancta Oecumenica, & generalis Tridensina Synodus, in Spiritu S. legitimè congregata, presentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Deum omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio in præstatuenda esse censuit.

## CAPVT I.

*Episcopi gratis debent ordinare, tonsurare, dimissorias & rituales dare, eorumq; ministri pro istiusmodi literas sigillatim sponte oblatum recipiendum est. Vbi est consuetudo aliquam accipiendi pro literis, nihil capiatur à Notarijs pro officio ultra decimam vnius aurei partem, & modo aliunde ijs non suppetat salarium, &c.*

*a* Vide 1. Lateran. c. 63.  
 Conc. Chalced. c. 11.  
 Conc. Braccar. 2. c. 3.  
 Conc. Aurel. 2. c. 3. Concil. Tollet. 8. Can. 3. c. scilicet Episcopum; 1. q. 2.

**Q**uoniam a ab Ecclesiastico ordine omnis tæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione